

*tellegendus est non Agrippae, quippe qui pertinuerit ad regionem septimam a dextra via Flaminiae, sed ipse campus Martius. Cf. Lanciani bull. comun. 1885 p. 11.*

**5936** [imp. C]aesar Augustu[s] | ex privato in publicum | restituit, in partem dextram recta | regione ad proxim. cippum | ped. CLXXXII, | et in partem sinistram recta | regione ad proxim. cippum | ped. CLXXXVIII.

*Romae ad ripam Tiberis sub Aventino (VI 1262 descripserunt saec. XVI Knibbe auctor accuratus aliique). Similium inscriptionum duarum reliquiae in Esquilis repertae sunt (VI 34572 = Bull. comunale 1888 p. 237, 1893 p. 28). — Ad similes restitutiones locorum publicorum pertinent etiam inscriptiones supra editae N. 211. 249; ad restitutiones agrorum sacrorum N. 3239. 3240.*

**5937** L. Calpurnius Piso, | M. Sallius | pr. aer.<sup>1</sup> | aream<sup>2</sup> ex s. c. a privatis | publica pecunia | redemptam terminaver.

*Romae, cippus rep. sub Capitolio ad S. Mariae Consolationis (VI 1263 vidit Henzen). — 1) Praetores aerarii fuerunt ab a. 731 u. c. ad tempora Claudii. — 2) Aream Saturni significari putat Jordan Top. 4, 2 p. 564.*

**5938** Cn. Sentius Saturninus, | C. Clodius Licinus | cos.<sup>1</sup> | terminaverunt<sup>2</sup> locum | publicum ab privato.

*Romae rep. ad montem Testaceum (VI 1264 semel descripta saec. XVIII). Similis cippus, sed in quo nomina consulum alio modo collocata sunt, nescio quo loco urbis Romae rep., est VI 1265. — 1) Consules suffecti fuerunt a. p. Chr. 4. — 2) terminarunt cippus gemellus VI 1265.*

**5939** T. Quinctius Crispinus | Valerianus<sup>1</sup>, | C. Calpetanus Statius Rufus<sup>2</sup>, | C. Pontius P[a]elignus<sup>3</sup>, | C. Petronius Umbrinus, | M. Crassus Frugi<sup>4</sup>, | curatores | locor. publicor. iudicand.<sup>5</sup> | ex s. c. causa cognita | ex privato in public. restituer.

*Romae in Aventino rep. circum maximum versus (VI 1266 vidit Smetius). — 1) Consul suff. a. p. Chr. 2 (cf. supra N. 5026). — 2) Cf. supra N. 5925. — 3) Cf. supra N. 942. — 4) Consul a. p. Chr. 27 (cf. supra N. 954). — 5) De his curatoribus cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 995 not. 4.*

**5940** L. Asprenas<sup>1</sup>, | P. Viriasius Naso tr. pl.<sup>2</sup>, | M. Caecilius Cornutus<sup>3</sup>, | L. Volusenus Catulus<sup>4</sup>, | P. Licinius Stolo<sup>5</sup>, | curatores locorum publicorum | iudicandorum ex s. c. ex privato | in publicum restituerunt.

*Romae rep. in via Merulana prope ingressum villae Iustinianae (VI 34575 = Bull. comunale 1885 p. 97 vidit Lancianus). Cippi eadem inscriptione inscripti praeterea alii duo prodierunt (VI 1267<sup>a</sup> b). — 1) L. Nonius Asprenas consul suff. a. p. Chr. 6 (supra N. 151 not. 3; N. 927). — 2) Proconsul Cretae inter annos 54 et 57 (supra N. 158). — 3) A. p. Chr. 24 perii praetorius (Tac. ann. 4, 28). — 4) Idem ut videtur supra N. 5895, ubi f. additum ad distinguendum eum a patre cognomine etiam tum vivo. Cf. praeterea Quint. inst. 10, 1, 24. — 5) Fortasse filius P. Licinii Stolonis triumviri monetalis circa a. u. c. 739 (Momms. Roem. Münzw. p. 744).*

**5941** L. Asprenas, | M. Caecilius Cornutu[s], | L. Volusenus Catulus, | P. Licinius Stolo, | C. Pontius Paelignus<sup>1</sup>, | curatores locorum